

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Anthropologia Anatomico-Physica

Baumer, Johann Wilhelm

Francofurti, 1784

VD18 11680695

Cap. XXXVIIII. De mammis & lacte.

urn:nbn:de:gbv:45:1-16622

CAP. XXXVIII.

De mammis & lacte.

§. I.

Externis anterioribusque thoracis parti- *Mammae*, bus mammæ incumbunt, quæ ex singulari substantia albicante glandulosa (cor- pore glandulosum), multa pinguedine cir- cumdata, constant, cui tubuli lactiferi, non valvulosi, sed pinguedine hinc inde com- pressi, crebrioribus anastomosibus inter se, & cum vasis sanguiferis lymphaticisque valvulosis iuncti, interpositi sunt, atque ar- etissimis fistulis in papillam, vasculo- ner- vofo-cavernosam, hiant.

§. II.

Ad mammas vasa mammaria externa at- *Earum* que interna, anastomosibus epigastricis nixa, *vasa ab* abeunt; quæ connexio, una cum substantia *nervi*, mammarum glandulosa, in puerperis la- ctantibusque demortuis facile demonstrari potest. A nervis medullæ spinalis dorsuali- bus mammarum nervi veniunt, atque, il- lorum ope, cum splanchnico magno con- nexione habent. Vasa lymphatica, ra- rius in conspectum prodeuntia, *Thom. Warthonius* in adenogr. descriptis. Vid. *Jo. Bapt. Morgagni* advers. anat. III. fig. III. & *W. Comperi* anat. C. H. tab. XVIII.

Q



§. III.

Lac.

Lac, in mammis secretum, est humor candicans, dulcis, prolis nutritioni destinatus. Ex particulis aquosis, salinis, pinguis ac terreis constat; nec lacti recens multo spiritus animales deesse videntur. Pro ingestorum varietate, & lactantium aetate, vitae genere ac valetudine, differre solet. Puerarum lac primum serosum *colostrum* dicitur, atque recens natis, ad meconium exturbanum, perutile est. Vid. *Phil. Matthæi* diss. de generatione lactis, Franekeræ MDCLXVI.

CAP. XXXX.

De organis spermatopeis, semine ac liquore prostatico.

§. I.

Vasa spermatica. Arteriae spermaticæ, sub renalibus ex aorta emergentes, interdum duplicitæ, demissis ad partes vicinas ramulis, super musculos psoas descendantes, atque ex annulo abdominali provenientes, in scrotum ad epididymides testesque sese demittunt, ibique cum iliaca externæ ramo venisque spermaticis anastomoses nectentes, ipsam testium substantiam ingrediuntur, subtilioremque sanguinis arteriosi partem illuc deferunt. Venæ spermaticæ valvulis carentes, a testibus epididymibusque orien-

